SYRUPI.

SYRUPI ALTERANTES.

SYRUPUS de ABSINTHIO Simplex.

℞ Succi Absinthii vulgaris defæcati,
Sacchari clarificati ana libras quatuor. Fiat Syrupus secundum artem.

Eodem modo parentur Syrupi Simplices,
Ex Succo Cichorii,
Hederæ terrestris,
Rubi Idæi,
Cort. extern. Nuc. Jugland.
Tussilaginis. Similiter ex reliquis Succis non acidis.

SYRUPUS de ABSINTHIO Compositus.

℞ Absinthii vulgar. mediocriter sicci, semilibram.
Fl. Rosarum Rub. uncias duas.
Spicæ Indicæ drachm. tres.
Vini albi veteris generosi,
Succi Cydoniorum ana libras duas cum semisse. Macerentur calidè per integrum diem, in vase fictili; tum leviter coquantur in *B. M.* & colentur; additisque Sacch. albi libris duabus fiat Syr. s. a.

SYRUPUS ACETOSUS

℞ Sacch. alb. libras quinque.
Aceti Vini albi libras duas. Liquatione, in Balneo aquæ ferventis, fiat Syr. s. a.

SYRUPUS de ALTHÆA.

℞ Rad. Althææ uncias duas.
Graminis,
Asparagi,
Glycyrrhiz. mund.
Uvar. pass. enucleat. ana semiunciam.
Cymar. Althææ,
Malvæ,
Parietariæ,
Pimpinellæ Saxifrag.
Plantaginis,
Adianthi alb. & nig. ana M. unum.
Cicerum rubror. unciam unam.
Quatuor Sem. frigid. maj. & min. ana drachmas tres. Infundantur

fundantur per integrum diem in aq. limpidæ libris ſex. Tum coq. dum quatuor ſuperſint, quibus expreſſis & colatis adde Sacch. albi libras tres cum ſemiſſe. Fiat Syrupus in *B. M.* ſ. a.

SYRUPUS de ARTEMISIA.

℞ Artemiſiæ M. duos.
Pulegii,
Calaminthæ,
Origani,
Meliſſæ,
Dictamni Cretic.
Sabinæ,
Majoranæ,
Centaurii min.
Rutæ ana M. unum.
Rad. Fœniculi,
Apii,
Petroſelini ana unciam unam.
Bacc. Juniperi,
Sem. Leviſtici,
Petroſelini,
Apii,
Cubebarum,
Rad. Aſari ana ſemiunciam.

Mundata, conciſa, & trita, coq. in aquæ limpidæ libris duodecim ad libras octo. Exprime liquorem, & adde
Cinnamom.
Spicæ Nardi ana drachmas tres.
Sacchari albi libras ſex. Fiat ſ. a. Syrupus.

SYRUPUS de BERBERIS.

℞ Succi Berberorum defæcati libras duas.

Sacchari albiſſ. ſeſquilibram. Coque in vaſe terreo vitreato, in formam Syrupi.

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS.

℞ Capillorum Veneris unciâs quinque.
Glycyrrhizæ uncias duas.

Macerentur per horas viginti quatuor in aq. font. tepidæ libris ſex. Dein poſt levem coctionem in *B. M.* Exprimantur, & colaturæ claræ libris quatuor, injice Sacch. albi clarificat. libras tres. Fiatque Syrupus ſ. a.

SYRUPUS INFUSIONIS FL. CARYOPHYLLORUM.

℞ Flor. Caryophyllorum, præciſis unguibus, libram unam: per totam noctem perfundantur aquæ Font. libris duabus. Coletur liquor. Dein cum Sacchari albiſſimi clarificat. & in colaturâ ad Balnei calorem liquati libris duabus, fiat leni coctione Syrupus ſ. a.

SYRUPUS de CINNAMOMO.

℞ Cinnamomi opt. parum triti uncias tres. Infunde tridui ſpatio in ſ. q. aq. font. calentis. Accipe hujus aquæ libram

bram unam.

Sacchari albiſſimi libram dimidiam; & leni igne fiat Syrupus.

In hunc modum, ſed cum ſolo Vino, albo parare licet Syrupos,

Ex Seminibus Aniſi,
Fœniculi dulcis,
Caryophyllis Aromaticis,
Nucibus Moſchatis,
Zingibere, &c.

SYRUPUS è SUCCO CITRIORUM.

℞ Succi Malorum Citriorum colati & defæcati libram unam.

Sacchar. albiſſ. libras duas. Fiat unâ vel alterâ ebullitione Syrupus.

Similiter conficiantur Syrupi,

Ex
- Agreſtâ,
- Aurantiis,
- Berberis,
- Ceraſis,
- Cydoniis,
- Limonibus,
- Lujulâ,
- Moris,
- Oxalide,
- Ribeſiis,

Et ex reliquis Succis acidis clarificatis.

SYRUPUS CORTICUM CITRIORUM.

℞ Flavedinis Corticum Citriorum matur. & recentium uncias quinque.

Granor. Kermes, vel eorum loco, Succi advectitii drachmas duas.

Aq. Font. libras tres. Maceratis per noctem in *B. M.* & colatis adde Sacch. albi libras duas cum ſemiſſe. Tum coquendo leni calore, fiat Syr. ſ. a.

Eodem modo parentur
Syr. de Cort. Aurantiorum,
Limonum.

SYRUPUS CYDONIORUM.

℞ Succi Cydoniorum defæcati libras ſex. Lentè coque ad medias, & ſenſim deſpuma, additiſque Vini rubri adſtringentis libris tribus,

Sacch. albi libris quatuor, percoquantur in Syrupum, condiendum

Cinnamomi ſeſquidrachmâ.
Caryophyll.
Zingiberis ana ſcrupulis duobus.

SYRUPUS de ERYSIMO.

℞ Eryſimi totius recentis M. ſex.
Radic. Helenii,
Tuſſilag. etiamnum Succo prægnantium,
Glycyrrhizæ ana uncias duas.
Fol. Boraginis,
Cichorii,
Capillor. Veneris ana M. unum cum dimidio.
Florum Cordialium,
Roriſmarini,
Betonicæ ana M. ſemis.
Sem. Aniſi ſemiunciam.
Paſſular. mund. uncias duas.

Macerentur per diem integrum in

Aquæ, & Hydromelitis ana libris duabus ſemis.

Succi Eryſimi defæcati unciis octo. Coq. in *B. M.* & Liquoris validè expreſſi & clarificati libris quatuor adde

Sacchari Cryſtallini libras quatuor ſemis. Fiat Syr. in Baln. Mariæ ſ. a.

SYRUPUS de GLYCYRRHIZA.

℞ Glycyrrhizæ recentis, mundatæ & contuſæ uncias duas.

Adianthi albi unciam unam.

Hyſſopi ſemiunciam.

His affunde Aq. Fontanæ ferventis libras tres; & poſt viginti quatuor horarum macerationem in *B. M.* colatura expreſſa clarificetur; & cum Mellis optimi, Sacchari puriſſ. ana unciis decem, coque, Balnei calore, in Syrup. ſ. a.

SYRUPUS GRANATORUM.

℞ Sacchari albi ſeſquilibram.

Succi Malor. granator. defæcati libram unam. Fiat Syr. in *B. M.*

SYR. de MECONIO, ſive DIACODION.

℞ Capitum Papaveris albi bene ſiccatorum & (poſt macerationem in Aq. Font. libris octo ad horas viginti quatuor) probè coctorum, deinde expreſſorum quàm fortiſſimè, uncias quatuordecim; quorum colatura, additis Sacchari viginti quatuor, in Syrupum coquitur.

SYRUPUS de MENTHA.

℞ Succi Cydoniorum dulcium, & Acido-dulcium,

Succi Granatorum dulcium, & acidorum ana ſeſquilibram.

Menthæ ſiccæ ſemilibram.

Roſarum rub. uncias duas.

Miſceri macerarique patere in ſequentem diem; tum coq. in *B. M.* ad medias & cola; Saccharoque injecto ad libras quatuor, Fiat Syr. ſ. a.

SYRUPUS MYRTINUS.

℞ Bacc. Myrti uncias duas cum dimid.

Ling. Santali alb. & rub.

Sumach,

Balauſtiorum,

Baccar. Oxyacanthæ,

Roſar. rubrar. ana ſeſquiunciam.

Meſpilorum conciſorum libram.

Contunde, & coque in aquæ claræ libris octo ad libras quatuor. Colatis adde

Succi Cydoniorum,

Granatorum acidor. ana uncias ſex.

Injecto demum Saccharo ad libras quatuor, percoque in Syrupum addendo ſub finem ſuccos.

SYRU-

SYRUPUS de PAPAVERE ERRATICO.

℞ Flor. recentium Papaveris erratici libras duas. Affunde Aquæ Fontanæ calentis lib. quatuor. Poſtridie exprimantur, factâque novâ florum recentium infuſione, fiat colatura clara; coquenda in *B. M.* in Syrupum, cum Sacchari, ad colaturam, pondere æquali.

SYRUPUS de POMIS Alterans.

℞ Succi Malorum odoriferorum lib. quatuor.
Fol. Bugloſſi domeſtici & ſylveſtris,
Fl. Violarum ana libram unam. Coq. in Balneo Mariæ, & defæca: Additiſq;
Sacchari puriſſimi libris ſeptem.
Aq. Roſar. Damaſcen. librâ unâ, recoque in Syrupum. ſ. a.

SYRUPUS de PÆONIA Compoſitus.

℞ Radicis recentis utriuſque Pæoniæ in taleolas diſſectæ & in Vino albo per integrum diem infuſæ ana ſeſquiunciam.
Contrayervæ ſemiunciam.
Sileris Montani drachmas ſex.
Herbarum Roriſmarini cum floribus M. unum.
Betonicæ,
Hyſſopi,
Origani,
Ivæ Arthriticæ,
Rutæ ana drachmas tres.
Ligni Aloes,
Caryophyll. aromat.
Sem. Cardamomi minoris ana drachmas duas.
Zingiberis,
Spicæ Nardi ana drachmam unam.
Stœchados,
Nuc. Moſchat. ana drachmas duas cum ſemiſſe.

Poſt unius diei tepidam digeſtionem in Aquæ Fontanæ libris ſex, coque in *B. M.* ad libras quatuor. In colaturam, ope manicæ factam, injice Sacch. albiſ. libras quatuor cum dimidiâ, & percoque in Syrupum in *B.M.*

SYRUPUS de PRASSIO.

℞ Fol. Praſſii albi recentis uncias duas.
Rad. Glycyrrhizæ,
Polypodii Quercini,
Apii,
Fœniculi, ana ſemiunciam.
Fol. Adianthi alb.
Origani,
Hyſſopi,
Calaminthæ,
Thymi,
Scabiosæ,
Satureiæ,
Tuſſilaginis ana drachmas ſex.
Sem. Aniſi,
Cydoniorum ana drachmas tres.

Uvarum

Uvarum paſſ. Exacinat. uncias duas.

Caricas pingues, N°. x.

Digeſtione per diem integrum in Hydromelitis diluti calentis libris octo peractâ, coq. in *B. M.* factâque validâ expreſſione colaturæ claræ libris quinque addantur Mellis deſpum: Et Sacc. clarif. ana libræ duæ F. Syr. in *B. M.* condiend. Rad. Iridis Flo. unciâ unâ.

SYRUPUS de QUINQUE RADICIBUS.

℞ Rad. Ruſci,
Fœniculi,
Aſparagi,
Petroſelini,
Apii ana uncias duas.
Aq. Fontan. libras ſex.

Digerantur calidè. Dein bulliant in *B. M.* Liquoris validè expreſſi & clarificati libris quatuor adde Sacch. albiſ. libras quinque cum ſemiſſe. Conficiatur Syrupus in *B. M.* ſ. a. addendo poſtea Aceti uncias octo.

SYRUPUS de ROSIS SICCIS.

℞ Aquæ Fontanæ & ferventis libras quatuor. Partitimque in eâdem macera Florum Roſarum, in ſole celeriter ſiccatarum, ſemilibram: poſtero die fiat expreſſio, admiſtiſque Sacchari libris duabus coq. in Syrupum ſ. a.

SYRUPUS de STŒCHADE.

℞ Flor. Stœchados uncias quatuor.
Roriſmarini ſemiunciam.
Herb. Thymi,
Calaminthæ,
Origani ana ſeſquiunciam.
Salviæ,
Betonicæ ana ſemiunciam.
Sem. Rutæ,
Pæoniæ,
Fœniculi ana drachmas tres.

Factâ unius vel alterius diei digeſtione, coquantur in *B. M.* cum Aq. font. tepidæ q. ſ. exprimantur, & colaturæ claræ libris quinque addantur Sacch. albiſ. libræ quinque cum ſemiſſe. F. ex arte Syrupus in *B. M.* Cui condiendo addantur guttulæ aliquot Ol. Cinnamomi ſtillatitii.

SYRUPUS de SYMPHYTO.

℞ Rad. & Cymarum Symphyti Maj. & Min. ana M. tres.
Flor. Roſar. Rub.
Fol. Betonicæ,
Plantaginis,
Pimpinellæ,
Polygoni,
Scabioſæ,
Tuſſilaginis, ana M. duos.

E tuſis omnibus recentibus exprimatur Succus; cui (inter coquendum, deſpumato, & poſtea colato) Sacch. tantundem addendum eſt, ut fiat Syrupus ſ. a.

SYRU-

SYRUPUS VIOLARUM.

℞ Flor. Violarum recent. mundat. libram unam.
Aquæ fontan. ferventis libras duas cum ſemiſſe.

Arctè Claude in Ollâ Vitreatâ novâ per integrum diem; dein exprime liquorem per prælum. In expreſſi liquoris libris duabus diſſolve, ad Balnei calorem, Sacch. puriſſ. libras quatuor. Spuma emergens auferatur, fiatque leni coctione Syrup. ſ. a.

SYRUPUS è SUCCO VIOLARUM.

Paratur ex Succo expreſſo, cum duplo, ad minimum, Sacchari, ut prior, in Balneo, leni coctione.

JULEPUM VIOLARUM.

℞ Aq. Flor. Violarum libras quatuor.
Sacchar. libram unam. Fiat arte Julepum.

SYRUPUS CHALYBEATUS.

℞ Sal. Martis drachmas duas. ſolve in Aq. Gentian. C. unciâ unâ; adde Syr. de Pomis alterant. uncias novem.
Aliter,
℞ Vini Chalybeat.
Sacchar. alb. ana, p. æq. coq. ſ. a.

SYRUPUS BALSAMICUS.

℞ Balſami Tolutan. uncias duas.
Aq. font. vel pectoralis alicujus uncias duodecim.

Coq. in vaſe circulatorio bene lutato, in arenâ poſito, per 2 vel 3 horas. Colaturæ frigidæ admiſce Sacchari albiſſ. uncias viginti, ut fiat Syrupus ſine ope caloris.

SYRUPUS de PETO.

℞ Succi Peti Anglic. libras tres.
Oxymel. ſimp. uncias quatuor.
Hydromelitis libram unam. Digerantur per dies quatuor.

Deinde Liquori in vas transfuſo & ab omni fæce liberato, adde Sacch. alb. libras duas. Fiat Syrup. ſ. a.

SYRUPUS CROCI.

℞ Croci Angl. unciam unam. Infunde in Vin. Canarin. librâ unâ: Vaſe clauſo, & leni calore digere per triduum. Tum exprime Vinum, in quo Sacchari albiſſimi & puriſſimi unciæ viginti liquentur, ita ut fiat Syrupus.

SYRUPI PURGANTES.

SYRUPUS De CICHORIO cum RHABARBARO.

℞ Hordei integri,
Rad. Apii,
Fœniculi,
Aſparagi ana uncias duas.
Herb. Cichorii,
Taraxaci,
Endiviæ,
Sonchi lævis, ana M. duos.
Lactucæ domeſticæ,
Hepaticæ,
Fumariæ,
Summitat. Lupuli ana M. unum.
Capillor. veneris,
Adianthi albi,
Ceterach,
Glycyrrhizæ,
Sem. Alkekengi,
Cuſcutæ, ana drachmas ſex.

Coq. in Aq. Font. libris duodecim ad libras octo; in colato liquore dilue, & coque Sacch. albi libras ſex: additis ſub finem,

Rhabarb. unciis duodecim,
Spicæ Nardi drachmis ſex.

Fiat Syrupus ſ. a.

SYR. è FLORIBUS MALORUM PERSICORUM.

℞ Flor. Malorum Perſicorum recent. libram unam.

Macerentur per diem, in Aq. font. tepidæ libris tribus. Deinde exprimantur; iteretur hoc quinquies in eodem liquore. Cujus demum colati libris tribus admiſce Sacchari opt. libras duas cum ſemiſſe, & percoque in Syr. ſ. a.

SYRUPUS de POMIS PURGANS.

℞ Succi Pomorum Fragrantium libras duas.
Boraginis,
Bugloſſi, ana ſeſquilibram.
Folior. Senæ mund. uncias duas.
Sem. Aniſi ſemiunciam.
Croci nodulo incluſi drachmam unam.

Sena & Aniſum macerentur in ſuccis defæcatis; elapſiſque 24 horis, fiat, poſt unam vel alteram ebullitionem, colatura. Huic adde Sacchari alb. libras duas, & (Croci nodulo inter coquendum expreſſo) fiat Syr. ſ. a.

SYRUPUS de RHABARBARO

℞ Rhabarbari opt.

Fol. Senæ, ana uncias duas cum ſemiſſe.
Flor. Violarum M. unum.
Cinnamomi ſeſquidrachm.
Zingiberis ſemidrachmam.
Aquarum Cichorii,
Fœniculi ana libras quatuor.

Tepidè macerentur totâ nocte. Colatura decoquatur in Syrupum, cum Sacchari alb. libris duabus; Syr. Roſacei ſolutivi, poſtremum addendi, unciis duabus.

SYRUPUS ROSACEUS SOLUTIVUS.

℞ Aq. Fontanæ ferventis libras quatuor.
Fol. Roſarum Damaſcenar. recent. quanti facilè capax eſt prædicta aqua. Fiat per horas xii, clauſo vaſe, infuſio; mox fortis expreſſio: in hâc denuo calefactâ, nova & æqualis recentium Roſarum maceratio: iteretur ter, auctâ ſemper quantitate Roſarum recentium ad illam liquoris expreſſi, qui ſingulis vicibus ferè tertiâ parte augeatur: quo peracto, ex hujus liquoris partibus ſex, Sacchari albi partibus quatuor, fiat Syr. in *B. M.* ſ. a.

SYRUPUS è SUCCO ROSARUM.

Paratur, ſine maceratione, è ſucco ſolo expreſſo Folior. Roſar. Damaſcenarum, habitâ Sacchari ad ſuccum (qui defæcandus eſt) pari, ut ſupra, proportione.

SYRUPUS ROSACEUS SOLUTIVUS cum SENA.

℞ Fol. Senæ mundatorum uncias ſex.
Sem. Carui,
Fœniculi dulcis ana drachmas tres.

Conſperſa priùs cum Vino albo, macerentur per biduum, in infuſionis Roſar. Damaſcenarum præſcriptæ libris tribus. Cola dein, & coq. cum Sacchari albi libris duabus in Syrupum.

SYRUPUS de SPINA CERVINA.

℞ Succi Baccarum maturarum, & recentium Spinæ Cervinæ, menſe Septembri collectarum libras duas. Subſidant fæces; liquori reliquo adde
Cinnamomi,
Nucis Moſchatæ ana drachmas tres.

Macerentur in *B. M.* diei ſpatio, dein fiat expreſſio valida, addendoque Sacch. alb. ſeſquilibram, fiat Syrup. in *B. M.* ſ. a.